

26.

De temporum Descriptione

apud

Graecos usitata.

Frankio, viro Dabbifino

D. D. D.

Auctor

P. E. Schatz.

1825

Temporum Divisio, certorum intervallorum
 usus, eorumq; computatio tardissime apud Graecos
 emendabantur, et perficiebantur. Sed etiam
 emendationes jam amplificatae nec ubique
 in communem chronologiam recipiebantur, nec
 recte a veterum scriptoribus adhibebantur.

Primum historiam florentis aetatis secundum tem-
 porum ordinem scribere Graeci incipiebant, et
 multo post chronologicis his computationibus
 ad vetustioris historiae tempora recte con-
 stituenda usi sunt. Etiam Epochae in maximo
 Arundelio ^{anno} invento descriptae, tantum com-
 putationes continent, ficto rerum gestarum
 ordine fundatas. In qua materia pervestiganda
 multorum virorum doctorum opera versata est.
 Praecipue Bamberk in Quaest. archaeol. uberius
 persequere de hac re disputavit. Diligentissime
 cognovit rem Ed. Corsini in Fastis Atticis.

Veteribus Graeciae incolis diu nulla
 alia temporis divisio cognita erat, quam
 quae quotidie sole fit, a cuius occasu etiam
 postea initium diei metiebatur. Accretionis
 et deminutionis luminum lunae ejusq; reditus
 observatione, factum ut majores temporis par-
 tes

lunari cursu terminatas confisterent, et jam
Graeci experientia edocti, secundum commu-
tationes temporum quadripartitas novam
anni rationem inibant. Quin etiam secundum
aestates et tempora messis faciendae, minus
vel majus rerum gestarum intervallum com-
putabant, et dum opportunum tempus decerat,
a quo annorum rationem ducerent. Nec
est quod miremur, si ad bellum Trojanum usq[ue]
nullam, et usq[ue] ad ludos Olympicos nullam
certam chronologiam reperimus. Nec dum
Homero divisio horarum nota erat; nam
Egae quid illum majora temporis spatia sunt,
dieiq[ue] partes a solis statu vel a certis negotiis,
et noctis a diversis vigiliis nomen trahunt.
Nec tum gnomones nec clepsydrae in usu
erant. A Babyloniis Graecos primura scio
Sericis et gnomones accepisse refert Herodotus.
Inter Graecos Europam incolentes, Arcades primi
cursum lunae observasse atq[ue] annum atq[ue] annum
tres menses lunares complectentem statuisse
dicuntur. Prospus, numerus mensium
ex quibus annus constaret, primum valde
inter se discrepabant, donec duodecim
menses

19
menses lunares ad annum complectendum
confisterentur. Quorum mensium longitu-
dinem postea ad arbitrium definiebant; et
annum civilem trecentorum sexaginta
dierum statuebant, quo etiam postero-
ribus temporibus ad temporis rationem
reddendam usi sunt. Initium anni non
semper in idem anni tempus praefini-
tum erat; vetus annus ab Athenien-
sibus post hibernum solstitium inchoa-
batur, recentior a novilunio proxime
sequente solstitium aestivum.

Sed comparatione habita inter annos
lunares et solares aut inter annos civiles
trecentorum sexaginta et eos trecentorum
sexaginta quinque dierum, intercalationes
fierent necesse erat, maxime cum alia p[ro]-
lemnia et sacra Graecorum ad anni tempora,
alia ad vicissitudines lunae obligatae essent
et ut in consueto, apud varias Graeciae
gentis vario anni initio, communis tem-
poris metiendi norma requirebatur (in quem
finem postea aera Olympiorum adhibita): ita

ita intercalationum faciendarum causa plures
cycli usurpabantur, qui sensim tantum ad
majorem perfectionem pervenire poterant.
Quorum vetustissimus deus tantum annos
continuisse traditur, quovis biennio mensis
intercalabatur, forsasse tantum XXII. dierum
qui Ποσειδών Δωκεως dicebatur. Ad lunae
illi, Romani ad solis usum calculum tem-
poris subducebant. Et quia non eadem Soli,
quae Lunae celeritas, ita ut annus solaris
romanus lunarem diebus undecim excedat,
sit, ut Attici menses varient apud auctores,
et ambiguo plerumq; loco sint, inter priorem
et posterio^{quod}rem romanum. Unde est Ποσειδών
Ποσειδών ^{ut hoc idem} mos December, mos Januarius appel-
letur auctoribus. Forsan ^{hinc} triennium tantum
ex loco apud Herodotum ^{explicato} male interpretato
originem ducit, ubi Graecos tertio quoq; anno
intercalarem mensem introduxisse narratur.
Cyclos quatuor annorum, paulo post institutus,
prioris vitia emendare debuit. Secundum quo-
rundam chronologorum computationem se-
cundo anno mensis XXII. et quarto XXIII.
dierum intercalabatur. Hunc temporis cyclum
ita in usum venisse, jam ex certo Olympiadis
spatio colligere licet.

20
Vitiis tamen et molestiis, quae his mensi-
bus intercalandis in medium proferebantur,
intellectis, duplex quadriennium vel octennium
statuebatur, hujus auctor Cleostratus Tenedius
fuisse fertur. In fine cujusq; octennii inter-
calabantur menses tres, singulos tricenorum
dierum: Χαρπάλος ^{hujus} sic annus redibat ad
eandem unde inceperat metam. Χαρπάλος hujus
cycli mendas postulit, duos dies adjiciens. Octen-
nium Cleostrati bis mille nongentos, duos et vi-
nginti dies complectebatur. Paulo post Eudoxus
temporis rationem ita ad calculos vocavit, ut
Octennium duo milia, nongentas et viginti tres
dies et dimidium contineret, et duplicato
hoc Octennio, spatium sedecim annorum spa-
uit, cujus pars altera secundum computa-
tionem a Cleostrato usitatam numerabatur,
altera verum ^{comprehendit} bis mille nongentas quinq; et
viginti dies colligabat. Cum decem ejusmodi
temporis intervalla certum ^{superesset} dierum nume-
rum triginta diebus ^{superesset} excederet, post centum
et sexaginta annos mensis intercalaris triginta
dierum ejiciebatur, et hoc modo haec temporis
dividendi ratio retinebatur, licet multae aliae
invenitae essent. Hi menses ad Ποσειδών usq;
in hunc ordinem redacti erant: 1.) Γαμβελίων,
2.)

2, Anthesterion 3, Elaphebolion 4, Mynnyekion, 5,
Thargelion 6, Scirophorion 7, Hecatombaeon 8, Mela-
gitivion 9, Boedromion 10, Maemacterion 11, Pyanepsion
12, Posideon. - His mensibus in annis intercalariis
Posideon secundus adiciebatur, primum XXII .
Deinde vicissim vel XXII . vel XXIII tum XXV . dies
contineas.

Longe ante Eudoxum, cuius cyclus ^{de} Sofi-
theo emendabatur, Melon Atheniensis (a. 432 a. Ch. n.)
novum temporis spatium undeviginti annorum
proposuerat, cum vitia intervalli octo annorum,
digressione inter cuspem lunarem et solarem
orta, quae quoque octennio nonnullas horas con-
fecit, intelligeret. Cyclus ejus, qui ^{ab} Idibus Julii
incipiebat, et ad accuratius definienda Grae-
corum festa adhibebatur, spatium sexies mille
nongentorum et quadraginta dierum ^{com-} amplete-
batur. Anni usque recepti, lunares erant anni
trecentorum quatuor et quinquaginta dierum,
septem annis intercalariis mensis intercalan-
dis erat triginta dierum. licet etiam haec
periodus vitio ^{abundaret} pateret, tamen initio tam oc-
cultata erant, ut omnes fere Graeci hac periodo
uterentur, et fasti publici ($\mu\alpha\sigma\tau\eta\gamma\mu\alpha\tau\alpha$) secundum
eam temporis rationem computarentur. Melon
etiam vetus anni initium Atheniensibus
usurpatum, nempe a novilunio tempore ^{per} septem
aestivi,

21
novilunio repetitur
aestivi, restituerat. Cum et huius periodi vitia
apparent, Calippus omni ratione mendas corri-
gere studebat. Huiusmodi Periodum septuaginta sex
annorum constituit, quae quarto ante Cal. Aug. (a. 330 a. Ch. n.)
incipiebat.

Postea Calippus cyclum suum ita commu-
taverat, ut, cum vetus initium anni a sol-
stidio aestivo ^{ductum esset} inciperet, nunc rationem anno-
rum ab aequinoctio autumnali subduceret. Post
Alexandrum mortuum hic cyclus magis usurpa-
tus est (a. 312 a. Ch. n.) et Seleucidis imperantibus
in communem usum vocabatur. Quin etiam
Hipparchus, qui secundum accuratiores de aequi-
noctiis observationes hanc sperendam Periodi
a Calippo constitutae emendationem susceperat,
ejus usum removere frustra conatus est. Ex
quatuor cyclis et Calippicis magnum ^{hinc} hinc
torum quatuor annorum composuit, in quo
unum diem, qui redudabat, omisit. Ex quo
C. Julius Caesar (a. 45 a. Ch. n.) rationem annorum
apud Romanos usitatam emendari iusserat,
etiam Graeci fasti Julianis, atque adeo Latinis
mensium nominibus usi sunt. Simul cum peri-
odis intercalandis etiam initium annorum
Graecorum ^{summa} imutabatur. Primum Athenienses
annum a solstidio hiberno, deinde ^{ab} ratione habita
Eudoxum

ludorum Olympitorum a primo novilunio post
 solstitium aestivum, et tum ab autumnus incho-
 averant. Quo factum ut mensis graeci eorumque
 initium non quoque anno cum eodem die et mense
 Romanorum vel nostri temporis congrueret, donec
 praesentium consuebat, ut mensis Hecatom-
 bacum Cal. Jul. initium caperet. Etiam inter
 populos graecos, Lacedaemonios, Corinthios, Thebanos
 et inter alios, licet ludi Olympici communi men-
 surae inferrent, tamen haud parva diversitas
 mensium erat. Macedones initium veteris anni,
 ejusdemque lunaris, primum post solstitium aestivum
 populerunt, deinde vere incunte, et post victum
 satium apud Arbela, ab aequinoctio autumnali.
 Postea annus solaris usque recipiebatur. Ordo, quo
 anni se excipiebant et menses macedonici, una
 tum imperio a pluribus populis asiaticis accipie-
 bantur, nec sine ulla in annis inchoandis diver-
 sitate, quae deum imperio romanorum sublata
 est. Menses erant duodecim, qui alternatim com-
 pledebantur triginta et viginti novem dies, praes-
 cedebant tamen semper menses triginta dierum.
 qui erant triginta dierum, dicebantur τριγώντες
 et δεκαπέντε, reliqui vero κύνδοι et εναγέριοι.

mensium Atticorum et macedonicorum haec
 est ordo:

1. Εκατομβαιών (Macedonibus dicitur Δεός) - incipiens
 a prima luna post solstitium aestivum, partim
 Junio

Junio respondet partim Julio. Sic appellatus ~~Εκατ~~
~~μην~~ est, quod eo mense plurimae hecatombae immo-
 larentur.

2. Μεταγερνίος (Maced. Μεταγερνίος) - Augustus - secundus
 anni mensis apud Athenienses, sic dicitur a Μετα-
 γερνίος - sacris Apollini celebratis.

3. Βοντοροειών (Maced. Υπερβεγερνίος) - September - a
 γέστο, quod βογδοροειών dicitur, celebrato in memoriam
 diei, quo Antus, magno studio Atheniensibus qui
 ab Eumolpo Neptuni filio oppugnabatur, open tulit.

4. Μακροχρόνιος (Maced. Δεός) - October - nomen dicitur
 a βορρα Μακροχρόνιος i.e. turbulento, impetuoso, quia
 pluviosus mensis pluvius est, quo verus hiemem aër
 turbatur. (Maced. Αρελλίος)

5. Νοεμβριών (November - sic dicitur quod hoc mense
 festum Apollini sacrum celebraretur, in quo fabas
 vel etiam quaevis legumina coquebant.

6. Δεκεμβριών (Maced. Αδούριος) December - dicitur
 ἀπὸ τοῦ Δεκεμβριών, a Neptuno, quod hoc mense maxime
 in iudiciis causae decernuntur, quae finiles forent
 Neptuni et Minervae contentioni de Attica.

7. Ιανουαριών (Maced. Τετάρτος) Ianuarius - παρὰ τῆς
 γαμυδίας - ita nominatus a sacris funonis nuptia-
 rum praesidis.

8. Αρδισιγίος (Maced. Δύστος) Februarius - Octavus
 mensis - sic dicitur quod pleraque eorum, qui ex terra
 nascuntur, tunc floreat. Αρδος enim Graecis
 flos est. Αρδισιγία in Bacchi honorem Athenis
 celebrabatur per triduum.

9. Εναγερβουών (Maced. Ξανδύτιος) Martius - a corvis
 qui

qui isto mense Dianae venationis Deae imolabantur.
10. Μορρυχίωρ (Chaced. Αρεουλιωρ) - Aprilis - Decimus
mensis apud Athenienses in quo Dianae Μυρμηχίαι
a postea sic appellatae, festum instituebatur.

11. Οαγγυδέωρ (Chaced. Δαίωρ) - Majus - ἄρδ τῶν δαγγυδέωρ
sic dicitur, quod erat factum in honorem Apollinis
et Dianae hoc mense habitum.

12. Ἐκείνοσσοσσοίωρ (Chaced. Πάναρωρ) - Junius - Hoc mense
Minervae festum ^{celebratum} institutum esse traditur, quod hoc
modum instituebatur: umbella alba a sacerdote Minervae
sesto agrone ferebatur ab arce Acropoli usque
ad locum σκίωρ dictum - ubi firum quendam
templum castravisse reperit Paus. Att. 36.

Sic autem non gentis alterius alibi mensium
loci in anno naturali trecentorum quatuor et quinque
quaginta annorum, mensium alterius locis ubique
accurate respondent, sed tum mensium cujusque gentis
textus, tum diversa veterum annorum civilium
initia mensibus primis signata praesentantur.

Mensem quemlibet in tres decadas dividebant,
quarum primam - decadem μῆνας ἰσαρίωρ vel δε-
καρίωρ, secundam μῆνας τετάρωρ tertiam μῆνας πέντωρ
sive πανορίωρ sive ἄνωρωρ appellabant, quasi dicas:
decade mensis incipientis, medii et desinentis. Primae
decadis primum diem νεμυρίαν, secundum δευτεράν
ἰσαρίωρ sive ἰσάριον, tertium τρίτην ἰσαρίωρ et sic deinceps
usque ad δεκάτην ἰσαρίωρ, nominabant. Secundae
decadis primum diem appellabant πρώτην τετάρωρ
vel πρώτην ἐπὶ δέκα, secundum δευτεράν τετάρωρ
etc. usque ad εἰκοστήν h. e. vicesimum. Tum tertiae
decadis

23
decadis primum diem nuntabant πρώτην ἐπὶ εἰκοθή, secundum δευτεράν ἐπὶ εἰκοθή et sic amplius. Vel etiam
repro numerabant hoc modo: δεκάτην τετάρωρ, πέντωρ
τετάρωρ, et sic in reliquis usque ad ultimum diem, eodem
modo imminuendo numeros. Ultimus mensis dies ex Solonis
instituto ἀρχὴ καὶ ῥία, vetus et nova dicebatur, quia
altera pars diei ad veterem, altera ad novam lunam
pertinebat.

Mensem Singuli nationis graecae populi variis
etiam epochis ad temporis rationem duodecim
utabantur. Erat consuetudo cujusque populi, ut annos nomi-
nibus summorum magistratuum denotarent. Una tantum
annorum computatio communi usui recipiebatur, nimi-
rum ea Olympiadum. Primi ludi olympici, a quibus
series annorum Olympicorum constanter computari
coepit, ut plerimi attendunt, anno septingentesimo
septuagesimo sexto habiti sunt. Redibant singulis
quinquennis h. e., mense quinquagesimo, quinti anni
secundo. Veri similis est, primam in templo Jovis
Olympii victorum nomina in tabulas relata, servata
fuisse. Timaeus utrum primus rerum scriptorum fue-
rit, nec ne, si qui in majoribus suis operibus descri-
bendis temporis rationem secundum Olympiades con-
suleret, in dubio relinquitur. Etiam ceteri Grae-
corum ludi, Pythii, Isthmici et Nemei metiendis annis
adhibebantur. Pari modo initium genealogiae cujusdam
epochae erat faciendae, et similes usum res insigniores
alicujus aetatis adducebant, ex quibus tabulis, genea-
logis et mythis chronologi postea viventes temporis
computationes

computaciones praecebat. Quorum principes sunt
Eratosthenes Cyrenaiticus (seculo tertio a. Ch. n.)
et Apollodorus (sec. secundo a. Ch. n.), qui postea
inter Trojam captam et primam Olympiadem
spatium quadringentorum octo annorum posuit. Prior
Heraclidas octoginta annos post Trojam everfam
rediisse, et sexaginta annos post reversos Heraclidas
Coloniens in Joniam deductam esse refert. Quisquis
auctor fuerit Annalium Pariorum, et quibuscumque
causis incitantibus hanc inscriptionem fecerit, quae
gravissimas chronologiae apud Graecos usitatae Periodos
indicat, — tamen utilitati eorum et veritati nec ob-
est, quod qui scriptor fuerit nescimus, nec quod
in nullam auctoritatem publicam nisi fuisse videntur.
Alicae supereminente allatae causae minorum eorum fidem
refellendi habent vim. Integritas verum inter-
rupta computationum hac re interior fit, quod
fontes, ex quibus hauserit scriptor, et causae, quibus
factum, ut a ceteris temporis rationibus discrepa-
rent, ignotae sunt. — Obsidio Trojae majoris erat
momenti in aetate heroarum Graecorum, quam ut
non Chronologi posterioris aevi expugnatione huius
vrbis ad constituendam epocham uterentur. — Sed
cum hanc temporis rationem usurpare incipe-
rent, iam annorum numerus ante vel post hanc
epocham praeterlapsum incertior erat. Nam et hic
genealogiam familiarum illustrium ducem seque-

24
rentur, oportebat. Quo factum ut in temporibus descri-
bendis se dissiderent inter se rerum scriptores, quae
tamen temporis computaciones ad locos reduti possunt,
quarum prima Herodoto recepta, quem etiam Thucydides
sequitur; alteram in conscribendis Annalibus Paris
adhibitam, et tertiam ab Eratosthenae et Apollodoro
usurpata invenimus.

Licet chronologia Graecorum secura atque exilis
esse videatur, maximi tamen est momenti. Cui satis cog-
nitum, quomodo cycli sensim imutarentur, quam multum
valerent in longinquitate, ordine atque exactis annorum
constituendis, et quam multum inter se discreparent
apud diversas Graeciae civitates, — iam satis inde
intelliget, quid sit, quod anni mensurae Graecorum saepe
tam differant, et ut scriptores Graeci in referendis
solemnibus aliorum rebus gestis interdum differre
videantur, prout huius vel illius periodi rationem
habuerint. Commoda quae ex his cyclis redundabant, ma-
xima erant. Ordinem quo se excipiebant anni, rectius
cognoscebant. Cyclis etiam comparatis inter annos
solares et lunares magis emendabatur. At tamen Graeci
ipso non satis clare, quid sint cycli, perspexisse mihi
videntur. Nam in plurimis civitatibus valde inter
se differant temporis rationes, cujus differentiae
causa praecipue in libertate quaerenda, quam quaeque
civitas suae studebat. Sed qualis cumque fuerit
causa, in eo sane conveniunt, cognitionem chro-
nologiae Graecae hac re multo difficiliorem
factam esse. —

[Faint, illegible handwriting, likely bleed-through from the reverse side of the page.]